At sol ipse luce flagrans, ardebit septemplici,
lucebit septem dierum mundum inlustrans lampade. In peren 22
Civitas gaudebit alma, caeli digna gloria,
iam sui dicata regis, ac factoris gratia. In perennis die sabbati.
In qua claris angelorum, iusti admixti coetibus
praefulgebunt solis instar, in suo regno patris. In perennis die sabb
Qua nos Christe deprecamur, iustos inter adgrega.
cumque filius benignus, dona partem servulis. In peren
perfectisque cum coronam, iustus iudex offeres, tunc et nostrae
parvitati, largire indulgentiam. In perennis die sabbati. Amen.

Audax es iuvenis tua dum caro mobilis ardet, heu quae audenter
agis maculans tua membra nefandae. Quam brevis est tempus
moriens intende iuventus. Ultimus atque dies veniens rapit
omnia secum. Corpore consernas animam sub tartara mergis,
Flecteris ad venerem malus a deceptor abibis. Dentibus in
frendens nequiter tua labia mordis, lingua malis gaudet
fidei si deserit ardor, erigis ast oculos semper ad inania
quaque. Mente simul membris crimen sabuendaus atrum,
Laudis amor cecat hominum qui captat honorem, Inspicit omnis
actus qua mente gerantur, Transit honor saeculi cum quid
mihi sine futura. Malus et exsolvit malus cui credit istic,
pronus in arva cupis tua mens de terra rimatur, Unde tuum et
pectus cuncta et simul inde relinquis. Subtrahe te iuvenis
poenis tu concite tantas, Ne necis abripiant veniae tibi
facta recursum, plange dies luxus post dum crimina plangis.
Ne sine fine gemas gemitu quam mors et amarae,
Corpore dum valeas instans operare memento,
Corrige labrantem longum tibi praecave luctum.
Neu te sub aeternas furias maxima virtus.
Amplius infesto dextram neu consere regi,

C V

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BnF Bibliothèque nationale de France
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bibliothèque nationale de France / gallica.bnf.fr
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bnf_lat16668/0047